UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

4 De quadragesima Paschali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10949

Visual Library

τοῦ βασιλέως πρὸς τὸ συλλέγειν τοὺς παῖδας, ἀπὸ τῆς τεταγμένης ἐπαρχίας, ἐξ ἧς ἔξεστιν αὐτοῖς συλλέγειν παῖδας, παρερχόμενοι τῆς ὁδοῦ ἔσω τῆς ἐπαρχίας αὐτῶν, ὅσους ἂν παῖδας εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ, κρατοῦσιν ἔξω τοῦ δεκατισμοῦ, λέγοντες· Οὗτοι οἱ παῖδες θήραμα ἡμῶν εἰσί. Ἐὰν δὲ τύχωσί τινες παῖδες ἀναμεταξὺ τῶν ἀδίκως κρατηθέντων ἐκ τῶν ὀφειλομένων οἴκων τῶν μελλόντων δοῦναι παῖδα, τότε οὐδένα ἕτερον παῖδα θέλουσι λαμβάνειν ἐξ ἐκείνου τοῦ οἴκου, ἐκ τοῦ ἐκείνου οἴκου ἦν ὁ παῖς ἐκεῖνος, διότι οὐκ ἔξεστιν ἐκείνοις δύο παῖδας λαμβάνειν ἐξ ἑνὸς οἴκου, ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει. Καὶ τούτου ἕνεκα, ὅταν ἀκούσωσιν οἱ πατέρες τῶν παίδων, ὅτι ἔρχονται ἄρχοντες συλλέγειν παῖδας, πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τοὺς ἄρχοντας, κρύπτουσι τοὺς παῖδας αὐτῶν, οἱ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσιν, οἱ δὲ ἐν οἴκοις μεγάλων ἀρχόντων τῶν Τούρκων, (ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν Τούρκων εἰσὶ φίλοι τῶν Ἑλλήνων οἱ πλείονες,) καὶ οὕτω μετὰ ταῦτα διδόασι τοὺς παῖδας αὐτῶν. Ἐνίοτε δὲ φεύγουσι μόνοι οἱ παῖδες εἰς τὰ ὄρη, καὶ οἱ ἄρχοντες κρατοῦσιν ἢ τὴν μητέρα τοῦ παιδὸς, ἢ τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τιμωροῦσιν ἐκείνους ἕως θανάτου. Καὶ ὅταν ἀκούσωσιν οἱ παῖδες, ὅτι τιμωροῦσι τοὺς γονεῖς αὐτῶν, αὐτοὶ οἱ παῖδες ἑκουσίως ἔρχονται, καὶ παραδίδονται. Ἐνίοτε δ' ἀποθνήσκουσιν οἱ γονεῖς τῶν παίδων ἐκ τῆς τιμωρίας, ἕνεκα τῶν παίδων αὐτῶν. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ περὶ τῶν παίδων.

ΚΕΦΑΛ. Δ.

Περὶ τῆς τεσσαρακοστῆς τοῦ πάσχα.

Ἔχουσι μὲν οἱ Ἕλληνες τέσσαρας τεσσαρακοστὰς ἐν τῷ ἐνιαυτῷ. Ἡ πρώτη καλεῖται μεγάλη καὶ ἁγία Τεσσαρακοστὴ, τουτέστι, τεσσαράκοντα ὀκτὼ ἡμέρας πρὸ τοῦ πάσχα. Νηστεύουσι δὲ ἐν τῇ αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ Τεσσαρακοστῇ, ξηροφαγοῦντες, ἕνεκα τῆς σταυρώσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ δεκατισμοῦ τῆς ψυχῆς. Τουτέστιν, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι διδόασι δέκατον τῷ βασιλεῖ ἕνεκα τῆς περιουσίας αὐτῶν, οὕτως ἐπρόσταξεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος πρώτη τῆς Νικαίας, νηστεύειν ἕνεκα τῆς ψυχῆς μίαν ἡμέραν ἀνὰ δέκα ἡμέρας ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ, περὶ τοῦ δεκατισμοῦ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸν Θεόν. Τουτέστι δέκατον τῆς ψυχῆς διδόναι τῷ Θεῷ ὥσπερ ὧδε.

bus obſervant. Datur etiam alius injuſtitiæ proceſſus in colligendis pueris. Quando præfecti ab imperatore ad colligendum è deſignatâ ſibi provinciâ pueros emittuntur, & intra provinciæ illius, in qua delectum facere ipſis permiſſum eſt, terminos iter faciunt, quoscunque in viâ pueros offenderint, rapiunt, in decimarum rationes illos nequaquam referentes, ſed dicentes: Pueri hi præda noſtra ſunt. Quòd ſi verò inter illos per vim in viâ injuſtè prehenſos aliquem ex illis ædibus, quas filium extradere ordo tetigit, inveniri contingat, alium è domo illâ minimè depoſcunt, eò quod domum aliquam anno uno duobus orbare filiis prohibitum ſit. Hanc ob cauſam quando parentes præfectos illos delectui habendo deſtinatos adventare audiunt, antequam adſint, liberos ſuos, alii quidem in montibus, alii verò in aulis magnorum Turcicorum dynaſtarum (hi enim plurimi cum Græcis fovent amicitias) abſcondunt, poſteà eosdem ad ſe inde recipientes. Non raro etiam uſu venit, ut filii ipſimet ſoli in montes confugiant, at tum hi loco filii ipſum patrem aut matrem arripiunt, & illos ad mortem etiam uſque affligunt. Liberi verò, audientes, quod parentes ipſorum miſerè cruciantur, ipſi ſponte ſuâ accurrentes ſeſe dedunt. Interdum etiam parentes ex doloribus illis, quos pro filiis ſuſtinuére, exſpirant. Et hactenus de pueris.

CAPUT IV.
DE
Quadrageſima Paſchali.

QUatuor Quadrageſimas ſingulis annis Græci obſervant. Prima vocatur magna ſanctaque Quadrageſima. Hæc durat dies, qui feſtum Paſchatos proximè præcedunt, quadraginta octo. Jejunium verò, quod ſancto hoc quadrageſimali tempore præſtant, in eo conſiſtit, quod arido victitent, & hoc propter Chriſti crucifixionem & animæ decimationem. hoc eſt: ſicuti homines ex facultatum abundantia regi ſuo decimas ſolvunt: ſic quoque primum, ſanctum & univerſale concilium Nicææ celebratum, decimationis animæ cauſa apud Deum, ſancivit, ut per integrum annum, quovis decem dierum interſtitio, unum diem jejuni animæ cauſa tranſigeremus; hoc appellitant decimam animæ Deo offerre, Ita hoc loco. Trecenti ſexaginta quinque dies

τριακόσιαι ἑξήκοντα πέντε ἡμέραι τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἀνὰ δέκα μία ἡμέρα, γίνονται τριάκοντα ἓξ ἡμέραι, ὡς ἐν τούτῳ τῷ παραδείγματι·

365.
10. } 36. τριάκοντα ἓξ ἡμέραι
10. γίνονται.

Πάλιν ἑπτὰ ἑβδομάδες ἀνὰ πέντε ἡμέρας, γίνονται τριάκοντα πέντε ἡμέραι. ὡς ὧδε. 7. ἑπτὰ ἑβδομάδες, 7. 5. (35. τουτέστιν, ἑπτάκις πέντε γίνονται τριάκοντα πέντε) Ἡ δὲ μία ἡμέρα, ἥτις λείπεται ἀπὸ τῶν τριάκοντα ἓξ ἡμερῶν, οὐκ ἀριθμοῦσι, διότι τῇ ἡμέρᾳ τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἐσθίουσιν ἰχθύας, καὶ εὐωχοῦνται διὰ τὴν χαρὰν τοῦ εὐαγγελισμοῦ. Καὶ τούτου ἕνεκα μένουσι μόνον καθαραὶ τριάκοντα πέντε ἡμέραι ἀντὶ τοῦ δεκατισμοῦ τοῦ ἐνιαυτοῦ. Αἵτινες γίνονται ἑπτάκις πέντε, τριάκοντα πέντε ἡμέραι. ὅτι ἑπτὰ ἑβδομάδες πρὸ τοῦ πάσχα νηστεύουσιν ἀνὰ πέντε ἡμέρας ἐν ἑκάστῃ ἑβδομάδι, τουτέστι, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἄρεως, τῇ ἡμέρᾳ Ἑρμοῦ, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Διός, τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἀφροδίτης. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τοῦ Κρόνου, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἡλίου οὐ νηστεύουσιν, ὅτι ἐσθίουσιν ἔλαιον καὶ πίνουσιν οἶνον, καὶ δὶς τῆς ἡμέρας ἐσθίουσι καὶ πίνουσι. Καὶ τούτου ἕνεκα οὐ λέγονται νηστεῖαι ἡμερῶν, ἀλλὰ κατά τι μόνον. Τινὲς δὲ τῶν κοσμικῶν ἐν ταύταις τῶν πέντε ἡμέραισι τῆς ἑβδομάδος ἐσθίουσι ἔλαιον, πίνουσι καὶ οἶνον, ὅτι οὐ μέλει ἐκείνοις περὶ τοῦ δεκατισμοῦ τῆς ψυχῆς. Διαφέρει δὲ ἡ νηστεία τῶν μοναχῶν ἀπὸ τῆς νηστείας τῶν κοσμικῶν, ὅτι οἱ κοσμικοὶ δύνανται ἐνίοτε ἐσθίειν ἔλαιον καὶ πίνειν οἶνον, ἐν ταύταις ταῖς πέντε ἡμέραισι, καὶ συγγνώμην ἔχειν ἀπὸ τοῦ πνευματικοῦ, ὅταν ἐξομολογειθῶσι τῷ πνευματικῷ κατ' εἶδος τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Τοῖς δὲ μοναχοῖς οὐδαμῶς ἔξεστιν ἐσθίειν ἔλαιον, καὶ πίνειν οἶνον, ἐν αὐταῖς ταῖς πέντε ἡμέραισι· ἀλλὰ ὅταν ἐξομολογοῦνται κανονίζονται, εἰ μὴ ἐκ νόσου τινός, ἢ ἑτέρας ἀνάγκης.

ΚΕΦΑΛ. Ε.

Περὶ τῆς δευτέρας τεσσαρακοστῆς, τῆς Χριστοῦ γεννήσεως.

Ἡ δὲ δευτέρα τεσσαρακοστὴ καλεῖται τεσσαρακονταήμερος, ὅτι τεσσαράκοντα ἡμέρας νηστεύουσι πρὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ. νηστεύου-

dies annum abſolvunt, detracto jam ſingulis decadibus die uno, remanent dies triginta ſex, ſicuti id ex adſcripto ſchemate patet:

{ 365. / 10. / 10. } 36. triginta ſex dies faciunt.

Porrò ſeptem ſeptimanæ, ſingulæ per quinque dies definitæ, conſtituunt triginta quinque dies, ſicuti 7 ſeptem hebdomadæ 7, 5. (35. hoc eſt, ſepties quinque faciunt triginta quinque.) Una autem illa dies, quæ fortè è triginta ſex diebus ſuperfuerit, non venit in numerum. Cauſa eſt, quia euangelizationis, ut vocant, die piſcibus veſcuntur, & convivia agitant, idque ob gaudium ſuper annunciato euangelio. Atque hinc triginta quinque dies ſolùm loco decimationis anni puri remanent. Qui ſepties per quinarium numerum multiplicati, proferunt triginta quinque dies. Per ſeptem Paſchatos feſtum proximè præcedentes ſeptimanas, & in qualibet ſeptimanâ dies quinque. hoc eſt, die Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis & Veneris jejunant. Diebus Saturni verò & Solis non tantùm non jejunant, ſed & edunt oleum & bibunt vinum, ac bis de die & edunt, & bibunt. Et hanc ob cauſam non dicuntur hæc jejunia, jejunia dierum, niſi quadantenus & certo reſpectu tantùm. Quin ſeculares nonnulli etiam enumeratis hiſce quinque diebus edunt oleum & bibunt vinum, quia non ſunt ſoliciti de decimatione animarum. Differentia tamen etiam aliqua in monachorum & ſecularium jejunio cernitur, eaque in eo ſita eſt, quod ſeculares in iſtis quinque diebus poſſunt oleum edere & bibere vinum, veniam impetrantes à confeſſario, cum in ſpecie peccata ſua ſpirituali patri confitentur. Monachis verò quà olei, quâ vini uſus his quinque diebus nullatenus conceditur, quin quando confeſſionem ſuam edunt, ad hoc jejunium canone impelluntur, niſi ſi morbus, aut alia aliqua neceſſitas aliud efflagitet.

CAPUT V.
DE
Secunda Quadrageſima circa tempus nativitatis Chriſti.

Secunda quadrageſima dicitur quadraginta dierum quadrageſima, quia ipſos quadraginta dies Chriſti nativitatem præcedentus jejunant

Jeju-